



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispartita

Dominicus

Francofurti, 1613

Ludus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

obitus diem ceu funestum ex anno sustollentes... Eljminca alteram filiam exanimem indecore lu...

Hominem Spartanam, sed ruri agentem quidam... quod profus fletum & lachrymis exintimis visceribus...

SIMILITUDINES.

Abner, cum multa congruant, non fruuntur presentibus, subla... Plur. arborum...

Ludus.

DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Vbi dicitur in factis, inquit Valla, iocus in verbis. Graece... Ludus a verbo ludere, quod dicitur in verbis...

in bonam & malam partem sumitur, fuit Tse heg, rufus, ludus, sub... Ludus enim genus trepidum certamen & iram...

POETICAE SENTENTIAE.

Horat. i. Epist. 19. Ludus enim genus trepidum certamen & iram... Ovid. 2. Art. Sic ne perdidit non cessat perdere laetor...

SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Ludus aliquando stadii, requies est. Plat. in Philob. Ludos pueri qui mutant, viri facti affluuii novationibus, aliam...

De pile ludo. DI A L. XXVI.

Francisci Petrarcha.

G A V D.

At delectat pile ludus. R. En aliud clamandi ludibrium, saltan... G. Libenter pila luto R. Odiote vobis (vt videtur) est requies...

Palastricis delectator ludis. R. Si spectator vanus, si luctator infanus. G. Palastricis exercitiis vaco. R. in singulis verbis, cuius domini mancipium sis, apparet. Nemp hac, vt superiora corpori ferunt quod vt paulo ante commemini, & aliquando honestus sine impetu & sine strepitu fieri potest. Et est agitatio quaedam animi nobilior, quam si nosces, hos corporeos conatus sperneres & odisses, sed vos animum quasi hospitem degerem atq; inuisum, corpus vt dominum generosum ac dilectum colitis, illi feritis, illi metitis, illi aratis tute id quidem, illud iniustus, quod eo omnia refertis, curaq; animum posthabita noctes illi infomnes agitatis. Illi suspiratis, vora illi laetis, angustiaq; artes illi dicitis, illi demum obiequimini, ac feritis sumptuosissimo dominorum omnium atque ingratisimo, cui nec vnquam satis aliquid, nec si quid aliquando delerit, vlla vnquam memoria sit accepti, huic tamen tali domino, quicquid iusserit, paratis, atq; elucetente animo huic vni non tantum necessaria, sed superuacua vnaq; ac nociva conuehitur, neq; ea solum, quae ad victum pertinent, ac vestrum, de quibus suo egrimo loco, sed quae ad ludos etiam, variamq; libidinem non videtes, quam vestris aduersa consiliis ipsa sit veritas, quae disertissimo Cicero ore loquitur, vnde appareat, quod qui corpus negligit, non se ille, sed fragile caducumq; domicilium, atqui animum, ille se se vere negligit. Neq; enim ait, tu is es, quem forma ista declarat, sed mens cuiusq; is est quisq;, non ea figura, quae digito demonstrari potest. G. Palastra delectator exercitio. R. Quadrigarum ferunt, & equorum strepitus, & ardentis rotae per angustias inoffensa, & luctantium plautus, atq; collisio, oleum, iudor, puluis mirabilis, seu illa quidem oculorum, seu aurium, seu narium voluptas, hebetatq; sensus iudicium ingens, qui si sanus interq; esset, non clamor, atq; tumultuum officina, quas palastras vocant, sed obseruatio diligens palastrae huius, quam nascens ingreditur, quam viuens atterunt, vnde digreduntur obeuntes, atq; vtilior quaedam, honestiorq; suauitas delectaret. G. Studio deditus sum palastrico. R. Fuit hac quidem apud veteres non vltima gloria, sed tam magna, vt feni illi Rhodio Diagora, qui ipse palastrica insignis fuerat, cum duos vno die filios palastricis insignis victoris conspexisset, quasi nihil clarius iam restaret, quo aspirare posset in vita. Amicus alter Laecidemus senex dicitur. Mores Diagora. Non enim in caelum ascensus es, tam magnum tanq; altum celebrat tres simul vnus familiae palastritas esse Leucula prioris, & Graecula verus laudis existimatio, sed communis adeo, vt magna etiam turbaret ingenia. Vnde & Plato tantus Philosophus Olympionices clarus fuit. Inque hac arte multis notus euentibus, adolefcens tamen. Amplitudo quidem (vnde Platonis nomen ortum putant) roburque corporis, & araris feruor iuuenilem animum impulerant ad experimentum virum, vbi cum summis quoq; par esset, accessu temporis cognito, quid ageret, ad meliora se transtulit, Socraticus similis fieri meliuit, quam Miloni, & sane multa aetas excusat. Facile teneris annis ignoscitur. Vanitatis excusatio nulla est viro. G. Palastra studium delectat. R. In hoc sepe vilissimus omnium superior fuit, & corporea mole animi virtus est oppressa. Quem tu mihi dicum vel heroum proferes, quem Milo non superet, qui per stadium bouem viuum gestans humeris cucurrit, eundemq; nudae ictu manus gessum vno die solus haud grauatim integrum comedit. Mira res dicitur, sed apud historicos vulgata. Quis huic igitur in palastra sua regno par occurrerit? Atq; nihil indignius, quam generosus spiritus tali bellus succumbentes carnere, & idcirco nobilibus animis bene sibi sidentibus summo opere prouidendum est, ne sua sponte descendat, vbi ab ignauissimis vinci queant. Quin tu, si contentionibus gaudes, id tibi lumen certamen, in quo semper fere superior, qui melior, non de corporum viribus, aut omnino de re vlla, vbi prior idem esse possit, & victor, non de opibus ergo, non de dignitate de potentia sed de scientia ac virtute contendit, atq; eo animo, non sit cuiusquam famae oblitrepas, sed vt alienae laudis aemulatio tibi sit calcar ad gloriam. Nulla tibi sunt penitus partes inuidiae, sed virtutis. Habes & hic exemplum Caronis huius vltimi, de quo Crispus, non diuitis, inquit, cum diuite, neq; de factione cum factionio, sed cum strenuo de virtute, cum modesto de pudore, cum abstinentie, de innocetia certabat. Honestissimum hoc palastrae genus, quae exerceas, non tantum Olympiae, sed vbiq;, non minus in thalamo, quam in foro, nec minus in otio, quam in actu, neque cum praesentibus modo, sed cum absentibus quoq;, cumq; aetatum omnium ac terrarum viris illustribus, semper enim memorabile ac magnificum illud Scipionis apud Lium iudicium. Maximo, inquit, cuiq; id accidere animo certum habeo, vt se non cum praesentibus modo, sed cum omnibus tui claris viris comparet. Tu quoq; vel de grege praesentium si occurrat, quod vix spero, vel ex omni memoria venularis quemlibet tibi patrem delige, cum quo non vlnis aut coelestibus, sed ingenio ac virtute luctabere sine metu periculis, sed immarcescibilis spe coronae hoc de palastris consilium: haec sententia mea est.

Homines, quamuis in rebus turbidis, tamen si modo homines sunt, interdum animis relaxantur. Cic. 2. Philipp.

Oni non minus, quam negotii ratio extare debet. Idem pro Plancio.

Cum iuuenes relaxare animos, & dare se iucunditate uenturum intemperantiam, meminerint verecundiae. Cicero 2. Philipp.

Ludendi est quidam modus retinendus, vt ne nimis commotus fundamus, elatiq; voluptate, in aliquam turpiditatem delabamur. Cic. 1. Offic.

Ludo & ioco vt illis quidem licet, sed sicut somno & quocunq; ceteris, tum, cum grauius feritq; rebus istis succumbit, quod genus iocandi ingenium ac factum esse debet, non potius immodestum. Et semper in iplo ioco, aliquid probi ingenium eluceat. Cic. 1. Offic.

Datur concessu omnium huic aliquid ludus aetatis, & ipsa profundit adolefcens cupiditates, quae sic ita eorum vitam vitam labefacient, nullius domum curant, faciles & invidiosi haberi solent. Cic. pro M. Caelio.

Deur aliquid aetati, sit adolefcens liberior, non omnino praetibus denegetur, non semper superet vera illa & directa vincat aliquando cupiditas, voluptatq; rationem, dum iocatur, hoc genere praescriptio moderatioq; teneatur: praeterea iocandi diuine suae, ne spoliata alienam, ne effundat patrii iocandi, ne trucidetur, ne incurrit in alterius domum atq; in amicum, ne brum castis, labem integris, infamiam bonis interat, ne quaterim, ne interfit infidus, telecte careat: postremo, cum voluptatibus, dederit aliquid temporis ad ludum, ut in iocando, anes haec adolefcens cupiditates reuertat, ut aliquando ad rei domesticae, rei iocandis, Re publicae, vt ea, quae ratione conperpexerat, fatietate abicit, experiendo contempnente vna.

Si volumus magna sepe intelligemus ex paruis, ex oculorum tuitu, ex remissis aut contractis supercilis, ex nocturna cubili ex risu, ex locutione, ex contentione vocis vel inimitatione, auctis similibus, facile iudicabimus, quod eorum apum fiat, quae ab officio dicitur. Cic. in Rhet.

Sicut pueri non omnem ludendi licentiam dimittunt, sed honestis actionibus non sit aliena, sic in iplo ioco aliquid probi ingenii lumen eluceat. Cic. de Offic.

Nonita generati a natura sumus, vt ad ludum & iocum, si videamur, sed ad feruorem potius, & ad quaedam ista gaudia atq; maiora. Ibidem.

¶ APOPHTHEGMATA.

Socrates cum luderet supposita cruribus arundine cum pueris Alcibiade irritus. Noh, inquit Socrates, cuiquam dicitur, quod do a me videris, donec ipse tibi etiam liberos procreauerit. Socrates, paterum in filios fuo affectum, quo eo dicitur, est in filiis ludere nequaquam erubescit, vir alioqui sapientissimus. Sen. li. 2. ca. 28. Vlt. Et alii idem Aesopum adscribunt.

Demosthenes Senex quidam Romanus bene robusto corpore, magna vehementia videtur depugnasse? Nimirum inquam, non suus hostem lignum: Inuenit, illum in vera pugna fore metum. Eras. l. 8. appop.

C. Caesar pila ludens cum Caecilio, accepit ab eo quinque pila ferretis, cum collisioribus alius ceum dedisset. Quod inquit ego vna tantum manu iussit. Eras. l. 3. c. 18.

Caligula aca ludens, plus mendacio atq; etiam peruicacitate batur, & quodam tempore proximo collisiori demittenda vna progressus in atrium domus, cum praetereuntes duo equitum manus locupletes: sine mora corripit confisatq; iussit, ut in domum redit, glorians se nunquam propiore alio die. Eras. l. 6. appop.

¶ SIMILITVD.

Chrysolomi. Idem accidit perinde, ac si quis expurgare locum lit, in quem tons superpositus caenum superne demittit. Vt quantaunque purgaueris, rursum aliud infuse: Idem de hereticis dicit. Cum ingressus a theatris promunditiam reportaret, expuerimus, eo rursus abeuntes, maiorem suscipiunt locum. Ibidem. mil. 40.

Lucrum.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Verum, Graece, λυδω, λυδω, & λυδω, luctor dicitur. A verbo venit Cerdo, nempe quicunq; artes liberales exercit, quibus gratia, qui Graeco λυδω, uari, o. hoc est, assiduas, quasi λυδω opem dicitur. Cetero Graeci vocant, quem bestia luctorem vocant, id est, luctari vnaq; cupientem.

PC

POLY